Pulsato itaq3 cimbalo cũ oi maturitate locis manib9 in inclaustro sedẽ do nola ꝑpulsata refectoriũ introibis. 7 non parces tibi cum omni fortitudine tua vocis 7 corporis modestia dominũ benedicẽs. 7 iuxta ordinem tuum collocabis in mensa. cogitans apud te corde pauido q ꝺbeas peccata ppłi manducare. Cor tuu3 etiã preparabis ad intelligentiã lectionis que legitur in mensa vel si lectiones non babeas ad meditationẽ aliquã spiritualez. vt nequaq3 totus comedas: s3 corpore suam refectionem babẽte. anima nullatenus defraudetur. Positus aũt ad mensam vestimenta decenter coaptes. capam su/ p genua retorquẽdo. Statue autem pactum tecum omnio. vt nullo modo circumspicias comedentes. s3 solu3 tibi apposita videbis In principio cu3 sederis ne extendas subito manus ad incidendum panẽ. sed stes aliquandiu sup te vsq3quo saltẽ dicas pater 7 aue maria. ꝑ animabus defunctorum qui in purgatorio existunt magis indigentium. Hoc aũt generałr babeas q oẽm actũ 7 oẽs corporis motũ cũ q̃da3 modestia facias. Si panẽ diuersu3. durum mollẽ. albũ. aut aliter factum ante te babeas illũ comedas qui est vicinior. 7 libentius comedas illũ ad quem minus sensualitas inclinatur. Nunq̃3 in mensa aliqd petas. s3 ꝑmitte alios pro te postulare. qđ si nõ facerent patiẽtiã babe. Non teneas cubitos super mensa3: sed simpliciter manus. Nõ teneas crura diuaricata nec pedẽ alł̄i supponas. Nõ ꝛ̄cipias scutellas duplices vł aliud quodcũq3. nisi

tm̄ quantū cōiter oēs alij habēt. Quācūq pitantiā a quocūq missā etiā a pōre nō comedas. sed si potes cōpetēter in fragmētis abscondas vł in scutella. Ubi nota q mos deo gratus est aliqd de potagio xp̄o paupi semp in scutella dimittere: silr aliqua panis fragmēta nō crustas. imo illas comedas. & de pane ɔfracto xp̄o dimittas. Nec nimis cures si de hoc aliqui murmurēt dūmodo p̄latus tibi nō mādauerit oppositū. Et generalr de oī eo qđ comedis aliquā particulā xp̄o paupi dimittas. & bolos meliores & nō viliores. Sunt tn̄ aliq qui vilia tm̄ donāt xp̄o. sic porcis fieri cōsueuit. Si autē cū vno pulmēto sufficiēter potes comedere de pāe in scđo pulmēto aliquid de pane reponas & xp̄o dimittas. Et si tibi dn̄s donauerit. potes facere quasdā mirabiles abstinētias deo gratas & hoībus īcognitas. Si est tibi cibus īsapidus ex defectu salis vel alia quacūq causa noli apponere ibi sal nec aliud cōdimētū pp̄ter christū felle & aceto potatū sed sensualitati resistas. Similr quecūq salamīta que ad nihilū valēt. nisi ad gule incitamētū dimitter occulte potes. Qñcūq aliquē bolū gratū tibi. circa finem apponitur. istū dimitte ppt̄ deū. Similiter caseū. fructus & huiusmodi: sicut nectar vinū melius apportatū &c. que nō sunt necessitatis pro salute corporis humani. imo frequēter est nociū. dū prodest qđ delectat. Si dimiseris propter xp̄m hec nō dubito q tibi parabit in dulcedine xp̄s dn̄s cibū consolationis spūalis. & etiā in alio cibo quo cōtentus es pp̄ter xp̄m. Et vt melius & facilius possis a qbuscūq volueris abstinere. ponas in corde tuo qn̄ vadis ad mēsā q p peccatis tuis debes in pane & aqua abstinere. Unde panis sit solus cibus & pulmētū. tamē nō p cibo adijcias. sed vt possis panē cōueniētius deglu

tire. Tene q̄ si h̄ posueris in corde tuo q̄ videbit tibi magna pitantia habere aliquid de pulmēto. Et obserues q̄ nō ponas offas multas in parapside. sȝ sufficiat tibi panē infringere. Cū vero pulmētū nō habueris comedas panē vnū vel dimediū vel pauloplus hui⁹ quādo bis comestatus es. ꝛ nature satisfacias etiā si talia nō haberes. De multis talibus actibus quos tibi exprimere nō possuȝ. te instruet xp̄s. si ad ipsuȝ ex corde recurreris. ꝛ totā speȝ in ipso posueris. Quis eni exprimere valet modos innumeros quos tibi deus demōstrabit? Sis ēt attētus. ne sis de illis. q̄ fineȝ faciūt in edendo. imo quaȝ citius poteris te expedias seruata debita honestate. vt magis lectionē possis attēdere. dū a mēsa surgis ex toto corde regratieris altissimo qui tibi cōtulit bona sua. ꝛ q̄ tibi vtutē aliq̄ꝫ ꝓstiterit. ne tibi sensualitas preualeret. Nō parcas voci tue. sȝ ſm possibilitatē tuā gratias age bonorū oīum largitori. O carissime cogita q̄ꝫ inumerabiles sunt pauperes qui ad delitias maximas reputassent. si habuissem tantūmodo panē. quē tibi cum aliis cibariis diis ministrauit. Ita eni veraciter debes cogitare q̄ xp̄s est qui tibi dedit. imo plus est in mēsa ipse tibi seruiuit. Uide ergo cū quāta disciplina cū quāta reuerentia. maturitate. ꝛ tremore d̄bes in mēsa cōsistere. vbi vides presentialiter deū tuū in ꝓpria ꝑsona ministrare. O q̄ꝫ beat⁹ eris si tibi desuper dē mentabilibus oculis ista conspicere. Uideres eni sanctoꝝ multitudinē copiosam cuȝ xp̄o p totū refectoriū discurrer̄.

De modo perseuerandi in sobrietate ꝛ abstinentia.

Ut autē in tali modo sobrietatis ꝛ abstinētie iugiter perseueres sta iugiter in timore ꝛ a deo totaliter recognosce ꝛ ab ipso ꝑseuerantiaȝ pete. Et si non

vis corruere noli alios iu/dicare: nec contra eos indignatiõis spiritu movearis. Si eos vides in edendo de bitum ordinem non servare. sed eis compatiaris ex corde. ⁊ pro eis ora ⁊ eos in corde tuo quantũ potes excusa cogitãdo. ꝙ nec tu potes aliquid. nec ipsi possunt nisi quãtũ. Christus porrigit manũ suã. q nõ ꝓ meritis tribuit. sed pro suo bene placito voluntatis. Si hec cogitaveris firm'eris. Nãq3 est causa ꝙ multi qñq3 incipiunt multa facere in abstinentia ⁊ in aliȷs qui nõ ꝑseverat corpore torpente ⁊ spiritu frigescẽte. certe nulla alia nisi ꝓpter eoꝝ elationẽ ⁊ presumptionẽ. du3 de se presumentes aliȷs indignant eos in cordibus suis iudicãdo. Et ideo deus substrahit ab eis donũ suum. ⁊ vel spiritu frigescunt. vł ex discretionis vicio plus faciunt q̃3 non oporteret. In infirmitatem incurrunt. ⁊ sic tandem. dum ad restaurationem corporis intẽdũt in hoc quoq3 metas excedunt. efficiunturq3 gulosi plusquã aliȷ quos primitus iudicabant. sicut ego de q̄busdam cognovi. Na3 istõ cõmunit accidit. ꝙ qcunq3 alium in aliquo iudicat de' tandem permittit in illum defectum cadere vel maiorem. Ergo servus in timore. Et q̃3docũq3 te sentias in exaltatione ob memoriã beneficiorũ que tibi donat altissimus. apprehende disciplinas increpationis ⁊ ꝓprie reprehensionis. ne qñ irascatur tibi domin' ⁊ pereas de via iusta. Si sic feceris stabilis ꝑmanebis. Ecce iudicavi tibi modum altissimo gratum. contra gule dominũ. ad quem pauci pertingunt. qui nõ excedãt vel plus vel minus edẽdo vel debitas circunstantias non servando.

Post hec nitaris cõtra somnum ⁊ vigilias magis debitum custodire in quo valde difficile est habere mensuram. Ubi nota ꝙ

duo sunt in quibus speciali ter imminet periculũ cor/ pori. & per ꝯsequẽs anime. si discretionis limites exce das. scilicet in nimia absti/ nentia. & in vigilia inordi/ nata. Nam in alijs virtutũ exercitijs non sic est pericu lum in excessu. Et propter hoc diabolus habet istam astutiá finaliter ꝙ quando videt hominem spiritu fer uentez immittit sibi sugge/ stiones. vt faciat abstinen/ tias & vigilias magnas. vt per hoc inducat eum ad tá tam corporis debilitatez ꝙ infirmetur & debilitetur. ꝙ vlterius ad nihil valeat. i/ mo vt supra dixi vt plus po stea comedat & dormiat q̃z alij. Et talis nunquá audet assumere exercitiuz in vigi lijs & abstinentijs recogno/ scens se per talia infirmatũ sibi diabolo suggerente & di cente. non facias talia. ne/ scis ꝙ ob talia fuisti ĩfirm⁹. cum tamẽ nõ fuerit per vi/ gilias & abstinentiam infir/ matus. sz quia in his discre tionis tramitem non serua uit. Unde hõ simplex nõ i/ telligit sophismata diaboli ca. qbus ex vtraqz parte de cipit. vñ sub colore bói sibi dicit. Tu fecisti tot peccata qñ poteris satisfacere? vl' si nõ pctá enormia dicit ei. O quáta passi sunt martyres & heremite. Et credit sim/ plex hõ. ꝙ cũ talia habeant speciẽ boni non possint esse nisi a deo. & deo permitten/ te hoc fit. maxime qñ talis primo cũ magna humilita te & tremore & cuz instantia orõnũ nõ recurrat ad deũ. qui eũ illuminaret. & dirige ret. qñ nõ reperiret hoiem directorem. Homo eniz q sub obedientia sancta consi stit & ꝯtinue r̃gulá directio/ nis dirigitur & instruit a ta/ libus deceptionibus tutus est. etiam si ipse pater spũa lis aliqñ aliquar̃ erraret. Deus eni ꝑpter humilita/ tem obedientie totũ sibi di/ sponit ad bonũ sicut proba ri posset multis auctoritati bus & exẽplis. Itaqz circa sõnũ & vigilias talis modus poterit obſuari. vt. s. tẽpo/

re estiuo post prandiū. postquā cāpana pro silentio est pulsata. quieti mēbra cōponas: ꝛ. n. illud tps ad spūalia exercitia minus aptum est. ꝛ p hoc in nocte amplius poteris vigilare hoc tamē gñalr ōbes obseruare quotienscunqȝ vis dormire. vt sp vel psalmos rumines. vl spūale aliqd mediteris. ꝙ etiaȝ sōno itercipiat. ꝛ qñqȝ tibi in imaginatiōe p̄sentietur. In sero ħ cōiter hēas. vt nō multū vigiles. Naȝ p vigiliam serotinā ipedit attētio ꝛ deuotio i matutinali officio. Est. n. cōiter talis somnolētus grauis ꝛ ideuotus. qñ nimis vigilat i sero. Imo aliqñ ex toto a matutinali officio cogit remanere. igit statuas tibi aliquas breues orones vel aliqȝ lectionem vel meditationē qbus in sero anteqȝ dormias breuiter occuperis. Et iter alias meditatōes si in hoc fertur tua deuotio: pōt tua mens ferri ad ea q̄ in passione dñi illa hora ptigerunt. ꝛ silr faciendo in oībus alijs horis

iuxta modum queȝ habes a btō Bernardo traditū. vel prout tibi dñs ispirauit. Nō tñ est oiuȝ deuotio vniformis. sȝ alius plus alto excitatur. Alijs enim sufficit in sua simplicitate i foramini bus habitare. Nullus tñ quātuncūqȝ polēs ingenio debet amittere ea que possunt eū ad deuotionē excitare: imo que legit vel studet debet ad xp̄m inflectere cū ipso loquēdo. ꝛ ab ipso itelligētiā postulādo. Sepe dū actu studet a libro debet ad horā oculos auertere ꝛ oculis clausis. se in xp̄i plagis abscēdere. ꝛ iterato se ad librū cōuertere. Etiā qñqȝ debet a studio surgere. ꝛ i celū flexis genibus aliquā ignitā orōnē cū breuitate ad deuȝ fundere. vel ēt cellā egredi ꝛ ecclesiā claustrū vel capitulū circuire. secūdū ꝙ impetus spiritus confert. ꝛ aliquādo oratione firmata vl informi per gemitus ꝛ suspiria de ebulitione cordis diuinum auxiliuȝ implorādo vota sua ꝛ desideria altissi

mo p̄sentando. sanctoꝝ ad hec auxiliū implorādo. Et illud negocium qūq3 agit̄ si ne psalmis. ⁊ sine qbuſcūq3 orōnibus exterius forma/ tis verbo. q̄3uis hoc aliquā do initium sumpserit. vł ex aliquo versu psalmi. vel al terius scripture. siue alicuiꝰ sancti nobis interdū deo in pirante interius ꝓprio desi derio vel cogitatu adinuen tum. Cū aūt ille feruor spi/ ritus trāsierit qui cōiter pa ru3 durat potes ad memo/ riā reuocare ea. q̄ pauloan te studueras. ⁊ tūc dabitur tibi clarior ītellectꝰ. quo fa cto iterato ad studiu3 rede/ as. vel ad lectionē ⁊ iterato ad orōnem. ⁊ sic alternādo cōmutes. Nā per hmōi cō/ mutationē in orōne maio/ rem reperies deuotionem. ⁊ in studio ītelligētiam cla/ riorē. Iste aūt feruor deuo/ tionis post studiu3 lectōis. lic3 quacunq3 hora indiffe renter veniat ſm q̄ ille di/ gnatur īmittere. qui suauit̄ disponit oīa. prout vult. tñ cōmuniter post matutinas amplius euenire cōsueuit. Et ideo insero parum vigi les. vt totu3 spūm post ma/ tutinas ī studio ⁊ orōne va/ leas occupare. Igit̄ in no/ cte dum audis horologiu3. vel qdcūq3 signū statim ex/ cussa omni pigritia a strato discedas. ac si ibi esset ignis accēsus. ⁊ flectis genibꝰ. cū feruore aliquā orōnem ef/ fundas. saltem aue maria. vel aliud in quo aīus tuus magis inflāmat̄. Ubi nota q̄ ad hoc vt faciliter ⁊ sine molestia. imo cum quada3 alacritate tunc cu3 surgas multū facit. si supra stratu3 duꝝ deprimas ⁊ iaceas in/ dutus. Hoc debet hr̄e giia liter seruꝰ dei. vt oēm mol/ licie3 ⁊ cōplacentiā fugiat. ita tamē q̄ discretiōis limi tes nō excedas. Habeas igi tur de paleis q̄ quanto am plius exp̄ssione durāte extri terint gratiores debes hr̄e ⁊ sup ipsas sufficiat tibi fla/ ciata3 seu coopertoriū hr̄e. pro tegumēto aūt ꝯtra fri/ gus vnā vel duas pro ipsoꝝ diuersitate ſcōm q̄ tua ne/

ceſſitas poſtulabit. Ad caput autem ſacculū plenuʒ paleis habeas. ⁊ fugias molliciē pulumaris. ⁊ ſic oēs mollicies. alias aſſuetas. ſicut de ſudaribus ſub maxilla vel ad collū. ſeu ad ʒonā niſi forte de nocte in eſtiuo tpe ꝑpter ſudorē. Naʒ talibus natura nō indiget. ſed ſunt quedā male conſuetudines itroducte. Dormias etiā idutus: ſicut de die niſi ꝙ ſotulares debes extrahere ⁊ corrigiaʒ relaxare. potes tū tpe eſtiuo magni eſt⁹ capaʒ detrahere. ⁊ cuʒ ſolo ſcapulari quieſcere. Si per iſtū modū dormias nō erit tibi moleſtuʒ ſurgere. imo cito ⁊ cū alacritate ꝯſurges Dū igiť officiū de btā virgine dr: ſtans in hoſtio celle tue nō apodiatus. ſed ſuper pedes tuos cū oī attentiōe cōpetēti voce. diſtincte. alacriter tu dicas officiū virginis gl'ioſe. Et te ſic habeas quaſi eā cerneres corporalibus oculis coraʒ te. Officio v̄ginis terminato: ⁊ cōplecta corpis neceſſitate ad eccleſiā vadas. vel ad clauſtrū prout maiorē deuotionē iuenies. Ubi nota ꝙ ſeruus dei. eundo ⁊ redeundo ad cellā. vel quocunqʒ alio loco non debet eſſe ocioſus corde ſed vel pſalmos. vel aliquid ſpirituale ruminare. Poteſt tamē añ icboationē officij chorū intrare. ⁊ aliquid ſpirituale premeditari. vt deuotius ⁊ attentius cū alijs pſalmos valeat decantare. Pulſatis igitur matutinis ⁊ factis venijs. vel inclinationib⁹ pſallēdo ſta ſup pedes tuos nō appodiatus ſed corde ⁊ corpore ſtat viriliter corā deo tuo ⁊ ipſi⁹ laudes cū omni alacritate decanta. recogitās ꝙ ſine dubio ſancti āgeli ſunt p̄ſentes. in quoꝝ conſpectu pſalēs deo. eos ōbes cōtinue reueri. vtpote qui faciē dei p̄ris in celis vidēt quā tu nuduʒ niſi ſpeculo ⁊ in enigmate ꝯtēplaris. Nūquā parcas voci quātū potes diſcretiōe regēte nō permittas iota vnū tā de pſalmis. v̄ſib⁹ dictionib⁹. ſylla

bis q̄z de voce. Et sic nō po tes eq̄li voce cū alijs. tñ cū voce submissa. Et si potes psalmos ꝛ hymnos cātes i libro dū itellectū babes id psalmis ꝛ ceteris orōnibꝰ. vt ꝯsolationez spūs repor tes: tūc opꝫ te esse sollicituz ne in actu exteriori. s. in ge stu corꝑis ꝛ sono vocis ali qd appeat leuitatis. sꝫ tunc specialr opꝫ te seruare mē tē ꝛ debitā grauitatē. Naꝫ spūalis letitia in quādā cō uertit leuitatē nisi freno' di scretiōis actus cōprimatur extrīsecꝰ. Toto conatu tuo facias vt psallas spū ꝛ men te. Nā magnus labor ē boi ꝑcipue icipiēti nōdū in deo roboratı tpe psalmodie mē tē ab euagatione cōstringe re. Sēp in choro teneas lo cū tuū: ꝛ cōiter te ponas in vno loco. nisi forte alijs ve nierit. cui merito cedē opō teret. Si in choro ꝓuideris aliquē defectū: p te vl' p ali um iplere. Vñ nota ꝙ deꝰ gratū baberet si ꝓdıe ꝓuide res rubricas. ꝛ oīa dicenda in choro: ꝛ ꝑatus esses ad oēs defectus ꝛ negligētias aliorꝫ supplēdas. Sꝫ caue as ꝙ dū in choro est aliqua ꝯtrouersia sic eorꝫ q̄ sunt di cēda vl' cātanda: nec tu os tuū apias etiā si certus eēs de eo ꝙ dōm eēt. Sed mul ti q pro vno modico tantū litigant. Minꝰ malū esset errare q̄z litigare. Si autez vnico verbo posses errorē chori corrigere. tūc facere debes spūaliter si tu es deꝑ uectoribus in choro. Si āt te vides spiritu impatiente agitari melius est ꝙ tu stu deas motū animi tui subiu gare. Si aūt aliqs male le git vel cantat. vel quocūqꝫ modo iepte se babꝫ nō sub murmures vl' corrigas est eni species cinusdā iactātie talis correctio. Idem in le ctione quantūcūqꝫ qs ma le ꝛ inepte legat: nec etiam aliqđ signū facias. qꝛ bic est signū mētis vento elatiōis inflate. Quādo multi subi to currunt ad aliquē defe ctū implendū nō te igeras. Si autem nullus esset sup plens. tunc cum omni mo

destia ad supplédum occur ras. sed si potes taliter dese ctū anticipes. ne valeat de/ prehendi. Caue tñ ne duas lectiões imediate legas vel duo responsoria nisi tantus esset defectus. ꝛ maxie vbi multitudo fratrū. Item nõ de facili te ingeras. si iuue/ nis es. ad dicéda ea que pti net ad antiquos. Nõ circū feras oculos hinc ꝛ íde. nec aliqué videas qd faciat. vel qūo se hꝫ. sꝫ oculis in terraꝫ dimissis. vel sursuꝫ erectis. vel clausis. vl̃ ad librū stes. Semp qñ dicis diuinū offi/ cium. dū stas. vel sedes. nõ teneas manus sub méto. sꝫ sub capa. vel capulari. vbi non decés est sp cappā hr̃e. Nõ teneas vnū pedé super alium. vel tibias diuarica/ tas. sed cuꝫ oī modestia. vt qui es in p̃sentia dei tui. Caueas ne digitos teneas ĩ na rib⁹. Sūt. n. aliq qui in hoc ꝛ talibus miserijs. non sine diaboli stimulatiōe occupā tur. Diuertés a diuino offi cio ꝛ in deuotionem nõ mo dicam ostédétes. Multi ta

les act⁹ particulares occur rūt qui nõ pñt exprimi. sꝫ si humilitaté habueris. ꝛ inte gram caritatem de oīb⁹ vn ctio te docebit. Tu q legis attéde. qꝛ cum hic ponanť multi actus. qui ad vná cir cūstátiam varianť. non pp hoc ita iprobes si aliqñ ali/ ter fieri oporteret: sicut de loquẽdo in choro cuꝫ error apparet. qꝛ ad antiquuꝫ hñ ptinet emédare. Generalr̃ tñ veꝝ est. ꝙ seruuꝫ dei liti/ gare nõ decet. Minus ma/ lum est patienter tollerare errorem q̃ꝫ ꝯtentiōib⁹ deser uire q̃ꝫto magis in choro. vbi tales ꝯtentiões scanda/ lose. ꝛ attétionis. ac trãqui litatis métis sunt ꝯturbati ue. Silr̃ cum dico ꝙ semp legat. vel cantet in choro. Q̃ñqꝫ. n. posset oriri talis ĩ méte deuotio. que ex cantu impedireť. ꝙ melius esset apud se dicẽ officiū p̃cipue vbi alij essent q sufficerent ad cantádū. ꝛ sic de multis alijs. put meli⁹ docebit al/ tissim⁹ si ꝯtéptis oīb⁹ ei cor/ de simplici volueris adhe/

rere. Non.n. debet sibi qsqz faciliter credere. vt oppositū faciat. nisi longo virtutum exercitio discretionis spiritus sit adeptus.

¶ De modo predicandi.

In pdicationib' ⁊ exhortatiōibus. vtere eloquio simplici. ⁊ cōfabulatione domestica ad declarationē actuū particulariuz. Et quātū potes insiste cum exercitijs. vt qlibet peccator hn̄s illud pcm̄ videatur percuti. ac si sibi soli pdicares. taliter tn̄ q verba videant ab aio pcedere nō superbo vel indignāti. sz magis ex viscerib' caritatis ⁊ pietatis prne. sicut pr condolet peccātib' filijs vel infermitate graui. vel fouea grādi iacentib'. quos nitit extrahere ⁊ liberare ⁊ fouere sicut mr. ⁊ sicut qui gaudet de pfectu eoꝝ. ⁊ de gloria paradisi sperata. Talis enim modus psueuit eē pficuus audientibus. Nā virtutib' ⁊ vicijs locutio generalis paruz excitat audientes. Item in pfessiōibus. vt siue blādias pusillanimes. siue terreas īduratos. semp viscera caritatis ostēdas. vt sēp pctōr sentiat q vba tua ex pura caritate descēdāt. Et ideo caritatiua verba. ⁊ dulcia semp pungitiua pcedāt. Tu itaqz q desideras primoꝝ aīabus esse vtilis. pmo ad deuz ex toto corde recurre. ⁊ hāc petitionē ab eo simplr postula. vt tibi illam caritatē dignet īfundere in qua est sūma virtutuz per quam possis perficere quod optas.

Ad honorē dñi nri iesu xpi dicaz tibi remedia ptra aliquas tentationes spūales. que ī isto tempore abundāt in terra ad purgādum ⁊ pbandū electos que quāuis expresse manifeste non sint de aliquo principali articulo fidei. tm̄ qui bene respicit cognoscit q sunt in periculo destructiōis pricipalium articuloꝝ fidei. ⁊ q preparant cathedram. ⁊ sedez antichristo. Quas ten-

tatiões nolo exprimere ne ponã materiã ⁊ occasiones scandali seu offendiculũ corã simplicibus ⁊ impfectis Sed mõstrabo tibi p quaz spirituale discretionez debes te regere si nõ vis eẽ victus a predictis tentationibus. Et que pdicte tẽtationes veniũt duobus modis. Primo qdẽ p suggestionez ⁊ illusioné diaboli: qui decipit hoiem in regimine qd deberet hre erga deuz. ⁊ in hoc qd est dei. Scdo p corruptã doctrinã aliquorũ: ⁊ eorũ mũdũ viuendi qui iaz venerũt in predictas tentationes: pter hoc volo tibi dicere q regimẽ debes habere erga deũ. ⁊ illud qd est dei. si vis esse imunis a predictis tentationib⁹. Et post quõ debes regi erga alios quãtũ ad doctrinã ⁊ modũ viuendi eorũ. Primũ ergo remediũ cõtra tentationes spũales hui⁹ tẽporis quas pcurat diabolus in cordibus aliquorũ est q illi qui volunt se subdere deo non desiderent per orationem vel contẽplationẽ vel per alia opera perfectionis. visiones vel reuelationes. vl sentimenta que sunt supra naturã. ⁊ supra oẽm cursuz eop. qui diligũt deum. ⁊ timẽt per verissimũ amorez: quia predictũ desideriũ nõ potest esse desideriũ sine radice ⁊ fundamento supbie: ⁊ presumptionis. vel intentiones alicui⁹ vane curiositatis circa deũ. vl sine fragilitate fidei. Et p hũc defectũ iustitia dei dimittit aĩaz q̃ hz ãtedictũ desideriũ: ⁊ p mittit venire in talẽ illusionẽ ⁊ tentationẽ diaboli per falsas visiones ⁊ reuelationes. ⁊ falsas seductiones p quẽ modũ seminat maiorẽ partem tentationũ spũaliũ huius tẽporis ⁊ radicat eas in cordibus illorũ qui sunt nuncij antichristi fm quod poteris videre p subsequẽtia. Debes enĩ scirẽ qd vere reuelationes. ⁊ sentimẽta spiritualia secretorũ dei. nõ veniunt per antedictũ desiderium: neqz per aliquem conatum. seu studiũ qd aĩa

habeat in se. sed tantū veniunt pura bōitate dei in animā que est in magna humilitate ꝛ in magno desiderio dei ꝛ reuerentia. Nec etiaȝ exercitet se ī magna humilitate: ꝛ timoꝛe dei ꝑpter illud vt homo habeat visiones ꝛ reuelationes: ꝛ sentimenta supꝛadicta. qꝛ in idē delictū caderet in qđ per supꝛadictū desideriū. Secundū remediuȝ est qđ in aīa tua in tua oꝛatione vel contēplatione non sustineas aliquaȝ consolationē vel paruā ex quo tibi videret̄ ꝙ fundaret se in pꝛesumptione ꝛ extimatiōe tui ipsius ꝛ postq̄ȝ te ducit in abusioneȝ ꝓpꝛij honoꝛis ꝛ reputationem: ꝛ ex quo suggeret menti tue te dignum esse vel huius vite gloꝛie. ꝛ laudis vel paradisi. quia scias qđ anīa que sentit se in tali cōsolatione venit. ī currit in plures malos erroꝛes. quia dominus per suum iustū iudiciū permittit postea diabolo augmentandi pꝛedictam cōsolationē. ꝛ accelerādi. ꝛ īpꝛimere in illa aīa falsissima ꝛ piculosissima sentimēta. ꝛ alias illusiones q̄s ꝯsolationes credit ꝛ putat eē veras Heu heu deꝰ meꝰ quot ꝑsone sunt decepte ꝑ istuȝ modū. Et sias ꝑ certo qđ maioꝛ ꝑs raptuū. imo rabierū nuncioꝝ antichꝛisti venit ꝑ istū modū. Et pp hoc caue qđ in tua oratione vel contemplatiōe nō sustineas aliquā cōsolationē. nisi illaȝ q̄ venit post perfectā noticiā ꝛ cōpletū sentimētū tue humilitatis ꝛ perfectiōis. ꝛ qꝛ facit ꝑseuerar̄ dictā noticiā ꝛ antedictū sentimētū in te ꝛ in magnitudinē. ꝛ altitudinē dei ꝑ altā reuerentiaȝ ꝛ cū magno d̄siderio honoris dei ꝛ gl̄ie. ꝛ qđ ātedicta cōsolatio fundetur in pꝛedictis. Tertiū remediū est ꝙ omne sentimentū quātūcū qȝ altuȝ ꝛ oīs visio quantūcūqȝ sit secreta ꝛ secreto tibi appareat quecūqȝ sit ex quo ducit coꝛ tuū ad opionē: vl̄ in īfectionē ꝯ aliquē articulū fidei. vel ꝯtra bonos moꝛes. ꝛ maxime ꝯtra

Quia placet mihi multũ de hoc qđ cepisti bonuz ad honorez dei. ꝛ de desiderio. non solũ ꝙ pseueres. qnimo vt ascendas ad maiora opa virtutũ. vł saltem desideres. idcirco scribo tibi aliquas ratiões. vñ poteris cor tuuz excitare ꝛ mouere ad maiores perfectiões oĩmode virtutis. q̃z nõ icepisti. nec potes fugare p ꝓpriá virtuté. Prima ratio est. qꝛ si ĩspicias quátuz deꝰ est dignus amari. ꝛ honorari ẜm suam bonitatez ꝛ sapientiá. ꝛ alias suas pfectiones. que sunt in eo sine numero ꝛ sine termino. videbis ꝙ hoc qđ credidisti multũ ꝛ magnũ ad honoré dei. ꝛ ẜm bonitaté suaz. est minimum. ꝛ quasi nihil in respectu ꝙ deberes esse ẜm ꝙ deus est dignus. Istaz rationé idcirco pono primá. qꝛ pricipaliter debemus attendere in omnibus operibus nostris. honorem ꝛ reuerentiam. ꝛ amorem. dei quia in seipso est dignꝰ amari per oẽm creaturam. Secunda rõ est attendas quot despectus ꝛ vituperia. egestates ꝛ dolores. ꝛ passioné q̃z tam amará sustinuit filiꝰ dei ꝓpter amoré tui. ꝛ hoc vt ames ꝛ honores euz. cognosces ꝙ paꝝ é. qđ fecisti ad deũ amádu3 ꝛ honorandu3. ẜm ꝙ facere deberes. Ista rõ altior est ꝛ pfectior q̃z sequẽtes. ꝛ iõ pono eam secundá. Tertia rõ est. ꝙ si cogitas ĩnocẽtiá ꝛ pfectões quá debes hẽre. ẜm mádatum dei. per qđ teneris esse absq3 omni vicio. ꝛ sine ol culpa. ꝛ in plenitudine virtutis totius. sicut est ꝙ debes amare deũ ex toto cor de tuo. ꝛ ex oĩ mente tua. ꝛ totis viribus tuis. videbis máifeste infirmitatez tuá ꝛ distátiá ĩ q̃ es a pdcá inocẽtia ꝛ pfectõe. Quarta rõ é. qꝛ si cogitas multitudiné ꝛ largitatez beneficioꝝ dei. ꝛ gr̃aꝝ corpaliuz. ꝛ spũaliũ q̃ tibi ꝛ alijs. vł q̃ singułr tibi date. sentires ꝙ hꝫ qđ facis. vel potes facere pp deum. est nihil ad dicta beneficia

recōpēsandū ⁊ gratias dei. ⁊ maxime si liberalitatē attēdas ⁊ bonitatē. Quinta est. quia si cogitas altitudinē ⁊ nobilitatē r̄muneratiois. ⁊ glorie promisse ⁊ parate illis qui faciunt opera virtutū ad honorē dei. qm̄ gloria tāto maior q̄nto opera erunt virtuosa ⁊ maiora cognosces p̄ certo tuū meritū esse nihil ih cōparatione tante glorie. ⁊ desiderabis facer̄ opera virtuosa q̄z ante feceras. Sexta ratio ē quia si attēdas pulchritudinē ⁊ generositatē quā hn̄t virtutes in se ⁊ nobilitatē quā recipit anima p̄ supradictas virtutes. ⁊ si attendas ad vilitatē ⁊ turpitudinē quā hn̄t vicia ⁊ peccata conaberis si sapiens fueris ad amplius acquirendū virtutes ⁊ amplius fugiendū vicia ⁊ peccata. Septia rō est si attendas altitudinem ⁊ p̄fectionē vite scōꝝ patrū ⁊ eoꝝ multas ⁊ p̄fectas v̄tutes. cognosces iperfectionē ⁊ īfirmitatē vite tue. ⁊ tuoꝝ operū. Octaua ratio est. qꝛ si cognoscas magnitudinem peccatorū ⁊ multitudinem offensarū que fecisti contra deū. cognosces qꝛ op̄a tua que facis q̄ntūcūq̄z bōa sint sunt nihil ad satisfactionem p̄ viā iustitie de offensis dei. Nona rō ē. qꝛ si speculeris vniuersitatē ⁊ pericula temptationū carnis ⁊ mūdi diaboli. conaberis ad assumēdū maiorē firmitatē. ⁊ maiorē altitudinē in omni virtute q̄z feceris vnq̄z. vt possis in maiori securitate perssistere ꝯ̄ dictas tētationes. Decima rō est. qꝛ si cogites districtū iudiciū dei finale. ⁊ cū apparatu bonoꝝ opeꝝ ⁊ cū satisfactione de offensis dei. ⁊ q̄ debeas venire ad dictū iudiciū videbis q̄ paꝝ est qd̄ fecisti p̄ bōa op̄a. ⁊ p̄niam. s̄m q̄ facē debuisses. Undecima rō ē. qꝛ si tu cognosceres breuitatē vite tue ⁊ vicinitatē tue mortis dubie. postq̄z nō hēbis spaciū faciendi op̄a meritoria neq̄z p̄niā. cognosces q̄ cū maiori corde ⁊ studio deberes facer̄ bona op̄a ⁊ p̄niā

q̄ʒ tu facis. Duodecima rō est. qꝛ si aiaduertas quatr/ cūqʒ icipias bonā vitam in quouis gradu. ⁊ conamine ⁊ desiderio ad maiorē ascē/ dendi: ⁊ altiorē vitā nō pōt eē sine fundamēto pꝛesum ptiōis ⁊ superbie huius qđ icepisti. nec pōt esse sine in/ clusiōe magne tepeditatis ⁊ negligentie. ex quo h̄ duo mala includunt. nō pōt esse sine magno periculo viuen di in multis vicijs spūalibꝰ. fm qꝫ mōstrare tibi possez. sed nimis eēt lōguz ad scri/ bendū p litteras. nō dubito qꝫ si velis dictoꝝ maloꝝ eē liber ⁊ imunis. qꝫ q̄ʒtūcūqʒ altā vitaz inceperis. tu ad/ huc conaberis in altiori ⁊ p fectiori vita esse. Bernar/ dus sup p̄s. Qui habitat in adiutorio altissimi. loquēs de illis. qui sūt feruidi in p̄n cipio. ⁊ postea credentes se aliqd eē tepescūt. Qiquit si scires q̄ʒ paruū est qđ hēs. ⁊ hoc ip̄m q̄ʒ cito pdes si non seruaueris q dedit. Tercia/ decima rō est. qꝛ si cogites abyssalia iudicia dei facta sup aliquos q diu pseuera/ uerunt in magna sanctitate ⁊ in magna pfectiōe. qꝫ deꝰ deseruerit eos. ꝑpter aliq̄ occulta vicia. que nō crede bant habere. Non dubito. qꝫ quātūcūqʒ aliam vitam inceperis. oī die leuabis tu as affectiones ⁊ tēptatiōes deserendo oē viciuz plusq̄ʒ feceras ante. appꝛopinquā do. te ad perfectā ⁊ integrā sanctitatez. timendo ne foꝛ te in sit viciū aliqđ occultū pꝛopter quod merearis. a deo deseri. Quartadecima ratio est. quia si cogites pe/ nas infernales damnatoꝝū paratas cunctis peccatori bus. credo qꝫ leuis erit tibi oīs penitentiā: humilitas. paupertas. ⁊ omnis laboꝛ. quez in ista vita possis susti nere pꝛopter deum. vt eua/ das pēas supꝛadictas. ⁊ co/ naberis continue ad tenen dum altiorē. ⁊ perfectiorez vitam. timēdo periculū vi uēdi ad supꝛadictas pēas.

P Redictas ratiōes plus i bꝛeuitate te tigi q̄ʒ explicaueri

vt tu auertas i paucis magna cogitare: sic q quelibz sit tibi materia alte cõtemplationis z spaciose. Atm̃ scias q si velis proficere cũ predictis ratiõibus: debes formare. non solum p̃ itellectum. imo etiã est necessarium q per certã affectiões moueas voluntatẽ tuaz ad hoc qd dictant dicte rõnes. Et vt melius intelligas replicabo tibi sub breui memoria dictas ratiões. ostendẽdo tibi qualiter dicte rationes non habẽt efficaciaz in anima. nisi formetur per affectionem z sentimentuz spirituale. Prima enim ratio nõ hz vigorẽ. nisi in anima que hz magnum spm̃. z sentit z cõtemplat nobilitatez z perfectionẽ. z dignitatem dei z conatur ad amãdũ deũ z honorãdũ in oĩb' ɓm q deus est. dignus. Secunda rõ nõ hz efficaciã. nisi in aĩa. q̃ cordialẽ deuotionem sentit spiritu. z caritatem z bonitatẽ filij dei. quã nobis mõstrauit in sua propria passiõe pꝑter nos accepta. sic q anĩa desideret totis suis viribus facere recõpensationẽ deo. de bonitate z de caritate ostẽsa in passione. Tertia rõ non pficit. nisi in anĩa que sentit altitudinẽ perfectiõis quã reqrit dñs z pcipit eẽ in creatura z pfunda rõne mãdatũ dei conat adimplere z cuz magna voluntate venire in dictã perfectionem. Quarta ratio solũ locũ habet in anima que per intellectũ z affectionez recogitat magnitudinẽ z nobilitatez beneficioꝝ dei z grãm ipsius. z q̃ conatur repẽtare deo seruitiuz debitũ ɓm beneficia recepta. Quinta rõ hz valorem tm̃ in anima que hz in extimatiõe z feruenti amore gloriam pmissam in paradiso. z que habet firmaz fidẽ z spẽ veniendi ad illaz gl'iã p bona opa v̄tutuz sic q cum dictis operibus conet venire ad illã gloriã supradictam. Sexta rõ nõ hz efficaciã. nisi in anima que hz i horrore oĩa vicia z peccata in abhoiatiõe. z in ma

gnã complacẽtiã ꝛ amoꝛeȝ perfectionẽ virtutuȝ ꝛ gra/tie dei. ꝛ hoc cũ magno ex/cessu ꝛ altitudie. Septima rõ hȝ solũ veritatem in ani ma que habet in magna ex timatione vitas sanctoꝛuȝ cuȝ desiderio imitandi. Et maxime intẽdo dicere pfe cte ꝛ perfectoꝛum. sicut est vgo Maria pꝛincipaliter. Joãnes baptista. Joannes euangelista. ꝛ oẽs Aposto/li. ꝛ sic de alijs. Octaua ra tio nõ pꝛoficit nisi in anima que aggrauat offensas con tra se quas fecit cõtra deũ. ꝛ que habet voluntatẽ ma/gnã faciendi deo iustitiã ꝛ satisfactionem peccatoꝛuȝ suoꝝ per bona opera ꝛ vir/tuosa. Nona ratio non ha/bet locũ. nisi tãtũ in anima que sentit suam debilitateȝ ꝛ grauitatẽ ꝛ periculũ tem ptationũ pꝛopter qđ conat ad fugiẽdũ occasionẽ cadẽ di in tẽptationẽ ꝛ aduenien dũ in securitate gratie dei. Decima ratio non hȝ locũ. nisi in anĩa que cognoscit peccata sua. ꝛ habet timo/rem. ꝛ tremoꝛem coꝛdialẽ sententie finalis iudicij que dabit ↄtra peccatoꝛes q̄ nõ egerũt penitentiã de pecca tis suis. Unde cima rõ non hȝ locum. nisi in anima que hȝ timoꝛẽ moꝛtis. ꝛ hȝ ma gnum pꝛeparamentum fa ciẽdi opa meritoꝛia. Duo/decima ratio. tantuȝ pficit aĩe que sentit vel itelligit. ꝙ inchoãdo bonã vitã sine conamine ꝛ desiderio ꝛ al/tioꝛẽ vitã assumẽdo. nõ po test sine inclusiõe pꝛedicto/rum vicioꝛum. ꝛ sine peri/culo grandium maloꝛum. ꝛ que non vult fugere dicta vicia ꝛ pericula. Tertiadẽ cima rõ nõ hȝ efficaciaȝ. ni si in aĩa. que summe curat de sua salute. ꝛ timet sepa/tionẽ a grã. Quartadeciã rõ nõ hȝ efficaciã. nisi ĩ aĩa que timet de penis dãnato/rum sentiendo ꝙ digna est venire ĩ penas supꝛadictas ꝑpter offensas quas cõmi/sit ↄtra deũ. ꝛ q̄ vult. ꝛ cona tur vitare pẽas aũdictas ꝑ satisfactionẽ pnĩe. Et nota ꝙ ↄclusio. ꝛ finis cuiuslibȝ

ratiōis debet esse in duob⁹. Primo in sentimento proprie imperfectionis ⁊ nihilitatis. Deide in desiderio ⁊ conamine veniendi in altiorem vitam: sic ꝙ non sit sentimentū proprie imperfectionis ⁊ annihilatiōis sine desiderio ⁊ conamie maioris perfectōis ⁊ vite altioris: nec econuerso.

Qui vult fugē atq3 euaderē laq̄os atq3 tentationes ātichristi seu diaboli finales: debet hēre in proprio sentimēto sui: duo. Primo ꝙ sentiat de seipso sicē de vno corpore mortuo pleno vermib⁹ ⁊ male olenti. ⁊ sic de vno cadauere qđ dedignat̄ videre ⁊ intueri: imo claudūtur nares propter eius pessimum odorem ⁊ fetorem: ⁊ auertunt̄ facies: vt non videāt tale3 ⁊ tantā abhoīatione3. Sic oportet carissime facē semper mihi ⁊ tibi: s3 pl⁹ mihi: q2 tota vita mea fetida ē totus fetidus su3. ⁊ corp⁹ meū ⁊ aīa mea: ⁊ oia q̄ intra me sunt fece ⁊ putredine peccatoꝝ: ⁊ iniq̄tatu3 fetidissima ⁊ abhoīabilissima sūt: ⁊ qđ deteri⁹ ē quotidie hūc fetorē in me sentio recēti⁹ ⁊ angusti⁹ reuocari. Et o3 tale3 fetorē de seipsa sentire fidelis aīa cū maxīa verecūdia corā deo sicē cora3 illo q oīa videt: ⁊ sit sicē si eēt corā districto iudicio ⁊ dolere maxime de offensa dei ⁊ pditiōe grē aīe in q̄ erat qū redēpta fuit ꝓciosissimo xp̄i sanguie: ⁊ abluta p baptismū. Et sicut sibi ⁊ deo fetere se credit ⁊ sentit: sic etia3 credat ⁊ sentiat ꝙ nō solu3 corā angelis: ⁊ sctis aīab⁹: s3 ēt corā oīb⁹ hoīb⁹ viuētibus sit abhomiabilis ⁊ fetidus: ⁊ ꝙ facta ⁊ dicta sua n̄ solū hoīes videre ⁊ audire dedignant̄: s3 ꝙ nares suas claudāt: ⁊ auertāt facies suas: ne ip̄3 videāt: ⁊ tāq̄3 fetidu3 cadauer de medio eoꝝ expellāt: ⁊ sic ab eis alienatus ⁊ sepat⁹ ⁊ ꝓiectus sicut plusq̄3 leprosus: vsq3 vēiat ⁊ reuēiat ad seip̄m. Et si q̄s de eo iustitiam faceret: ⁊ de

corpore suo sentiat q̄ iustū est: ꝛ ita credat ēt si sibi ocu li erruerent: nasus trūcba/ ret: man⁹ absciderent: ꝛ au/ res: ꝛ os: ꝛ sic d̄ alijs sensib⁹ corporalib⁹. ꝛ membris. q̄ cū his oīb⁹ deū offendit. ꝛ creatorē. Jtē q̄ despici de/ sideret. ꝛ ꝯtēni. ꝛ q̄ oīa vi/ tupia. verecūdias. diffama tiōes iniurias. blasphemia ꝛ cetera aduersa. summo cū gaudio ꝛ letitia recipiat. ꝛ patiēter ferat. Et opꝫ q̄ dif fidas de teipso totalr̄ ꝛ de oī bus bonis tuis. ꝛ de tota vi ta tua. Et ꝯuertas te totū. ꝛ reclīabis sup̄ brachia Je su xp̄i pauperrimi ꝛ vilissi/ mi. ꝛ impꝛoperati despecti ꝛ mortui ꝑpter te. vsq3quo tu sis mortu⁹ in oībus senti mētis tuis hūanis. ꝛ Jesus xp̄s crucifixus viuat in cor de tuo ꝛ in tua aīa. ꝛ totus trāsformat⁹. ꝛ trāsfigurat⁹. ꝛ cordialiter sentias ī te. vt nūquā videas. nec sentias. nec audias nisi ip̄m solū stan tem in cruce ꝑpter te mor/ tuū ꝛ suspēsū ad exēplum virginis marie. mortu⁹ in mūdo ꝛ viuēs ī fide. Et q̄ ī illa fide viuat tota aīa tua vsq3 ad resurrectionē in q̄ dn̄s īmittet gaudiū sp̄uale. ꝛ donū sancti sp̄us ī aīa tua ꝛ in illis ꝑsonis in qb⁹ debꝫ renouari status ap̄loꝝ. ꝛ ec clesie sancte dei. exercēs te sanctis orōnib⁹. siue sacris meditatiōib⁹. ꝛ affectiōib⁹ ad obtinēda dona v̄tutū ꝛ grām dei. Sꝫ debes ꝑcipue septiformi affectu exerceri ad dn̄m. s. amore ardentissi mo. timore summo. honere debito. zelo ꝯstātissimo. ꝛ il lis dꝫ iniungi grārū actio ꝛ vox laudis. oīmod̄ obediē tie ꝓmptitudo ꝛ suauitatis diuine ꝑ posse degustatio. Et iō cōtinue debes ista se/ ptē deuote peter̄ a deo. vt/ pote dicēdo. Bone iesu fac vt totis medullis amē te/ sume timeā. reuerear. ꝛ ꝑ oī honore tuo fortissime ze lari. ita q̄ oē tuū obpꝛobri/ um. tāq3 me gl̄ie zelotipus vehemētissime exorescā. ꝛ potissime. si ī me. aut a me. vl̄ ꝑ me fcā tibi sint obpꝛo/ bria vlla dei. da ēt vt tuum

dnm. tāq̄ʒ tua creatura hu militer adorē ꝛ recognoscā. ꝛ de oībus bn̄ficijs a te mihi impensis grās semp̄ agaʒ. ꝛ hoc cū sūma gratitudine cordis. Da etiā vt in oībus semp te bn̄dicam. laudeʒ ꝛ magnificē. ꝛ hoc cuʒ sūmo iubilo ꝛ tripudio cordis. ꝛ tibi in oībus obtemperās ꝛ obediēs. semp reficiat dulcissima tua ꝛ ieffabili suaui tate: q cū sanctis tuis angelis. ꝛ apl'is tue mēse assistēs licʒ oīno idignus. ꝛ ingrat⁹ Qui cū patre ꝛc. Debet ēt circa seipsuʒ exercere. alio septiformi affectu. Primo scʒ ꝙ totus de suis vicijs ꝛ defectibus ꝯfundat̄. Scd̄o vt peccata sua tanq̄ʒ offensiua. ꝛ sui ipsius maculatiua acutissimo ꝛ acerbissimo dolore plāgat ꝛ deploret. Tertio humiliatio sui ꝛ ꝯculcatio. cū cōteptu. vt s. totis virib⁹ se sic rē vilissimā. ꝛ fetidissimā spernat. ꝛ ꝯtēni appetat. vt dictū est. Quarto rigor̄ seuerissimo. vt. s. corp⁹ suū asperissime maceret. ꝛ macerari appetat tāq̄ʒ pctō fetidū. imo tā q̄ʒ latrina ꝛ sentina. ꝛ tumulū oīuʒ feditatuʒ. Quito ira implacabili ꝯ oīa vicia sua ꝛ ꝯ radices ꝛ iclinationes vicioꝝ suoꝝ. Sexto vigore puigili ꝛ strenuo. vt. s. oēs sensus. actus potētias suas. semp cū quadā virilissima strenuitate: in oē bonuʒ teneat puigiles ꝛ attentos. Septimo discrenōe pfectē modestie. seu moderantie. vt. s. in oībus districtissime seruet mēsurā ꝛ modū iter. vʒ. nimiū ꝛ nō satis. vt. s. nihil sit in eo supfluū. nihil diminutuʒ aut defectiuū. nec plusq̄ʒ debet aut minus q̄ʒ deceat.

Debet ēt circa p ximū se exercere alio septiformi affectu. Prīo. s. p piā cōpassionē. vt. s. ita sentiat alioꝝ mala. ꝛ icōmoda sicut sua. Scd̄o p dulcē cōgratulationē. vt. s. de alioruʒ bonis letet̄. sicut de suis. Tertio per tranquillā supportationē ꝛ ꝯdonationeʒ. vt scilicet molestias ꝛ iniu

tias ab alijs illatas patienter tolleret. ⁊ ex corde idulgeat ⁊ cōdonet. Quarto ꝑ benignã ⁊ effabilitatem. vt scilicet sit ad omnes benignus. ⁊ omnibus bonū affectet ⁊ optet. ⁊ tale se exhibeat ingestibus suis ⁊ verbis. Quinto per reuerentiã humilē. s. vt oēs sibi preferat. ⁊ oēs reuereat. ⁊ omnibus ex corde se subdat. tanquaȝ dominis suis. Sexta per cōcordiã vnanimē. vt. s. quãtum in se est. ⁊ quãtum ꝟm deū potest esse vnuȝ sentiat cum oībus: ⁊ ita sentiat se esse omnes ⁊ illos se ⁊ oīuȝ rectū velle pro suo reputet. ⁊ econtra. Septimo christi formē sui pro oībus oblationem. s. vt ad instar xp̄i ꝑ oīuȝ salute sit paratus ⁊ sollicitus ponere vitam suã. ⁊ dīe noctuq̄ȝ orare ⁊ laborare. ꝙ oēs in xp̄o inuisceren tur. ⁊ xp̄s in eis. Sed tamē nec ex hoc credat. quin vicia hominū sint ꝑ toto posse cauēda ⁊ fugienda. Sciēdū ꝙ quandocūq̄ȝ ex societate malorum hominū. vel imperfectorū: periculū. vl occasio retrahens. vel ipediens a perfectione. vel feruore predictarum virtutū debes a talibus sicut a serpentibus vel draconibus elongari. Nō enī est carbo ita ignitus qn in aqua frigescat aut tepescat. sic ecōtra. vix ē carbo ita frigidus qn aceruo carbonū ardentiuȝ accendatur. Alias vbi periculum huiusmodi nō iminet. etiã mera simplicitate debes aliorū non videre defectus. aut si videas ꝑ cōpassioneȝ reportare. aut supportare vt tua. Ut autē vtiliter ad tēporalia ⁊ eterna te habeas perfecte. scito ꝙ tp̄alia debes aspicere sb q̄druplici sensu. Primo. s. vt tãq̄ȝ peregrinus. ⁊ aduena sentias oīa vt extranea ⁊ aliena. ⁊ ĩ tm̄. vt tua vestis. tuo sit sensu. ita extranea ac si eēt in Hyspania. vl' in Jndia. 2° vt in tuo vsu abūdãtiã tieas. vt venenū. ⁊ vt mare sbmergēs. 3° vt ĩ tuo vsu oēȝ iopiã ⁊ egestatē sētias. q2 ipa ē scala ꝑ q̄ȝ ascēdi

tur ad celestias diuitias et eternas. Quarto vt societaté: cótuberniú. et apparatú diuitú et magnatum fugiés nó ex cótéptu: tñ de societate pauperuz glieris. et in memoria et aspectu atqz cóuersatione pauperú et deiectoz. vel despectoruz totus leteris: q̃si expssi imagine xpi: et eis q̃si regibus cú summa alacritate et iocúditate et reuerentia associeris.

Quindecim sunt pfectiones necessarie psone. q̃ seruit deo in vita spirituali. Prima est clara et pfecta noticia suoz defectú. et suarú infirmitatuz. Scda est magna. et ferués ipugnátia ꝯ malas iclinationes. et ꝯ suas volútates seu passiones róni repugnantia. Tertia est timor magnus quez hře debet de offensis hacte nus factis ꝯ deú: nó est certus: an bñ satisfecerit nec sicú deo fecerit pacé. Quarta est magnus timor et tremor qui debet eé in ipso ne per suá familiaritaté iterú cadat in similibus vel maioribus peccatis. Quinta est fortis disciplia et aspera correctio ad regendú suos sensus corporales et totum suú corpus spiritui subiugare i obsequiú iesu xpi. Sexta est fortitudo et magna patientia itentationibus et aduersitatibus. Septima est vitare virilr oém psonaz et oéz creaturá aliá: que ipelleret eú. aut esset sibi occasio nó solú ad peccatú. sz ét ad aliquá impfectioné vite spúalis: sicut vnú demonez ifernalé. Octaua est q̄ portet in se crucé xpi. que habz quattuor brachia. Primú est mortificatio viciorum. Secúdú est derelictio oíuz bonoz téporaliú. Tertium est derelictio oíuz affectionú carnaliú parentú suorú. Quartú sui ipsius contentus et abhominatio et annihilatio. Nó est diutissima et cótinua recordatio beneficioz dei. que hactenus recepit a domino iesu xpo. Decima est die ac nocte stare in oratione. Undecima est

gustare ⁊ sentire diuino dul core cõtinue. Duodecima est. magnũ ⁊ feruẽs deside/ riũ exaltandi nr̃a₃ fidem. s. ꝙ iesus xp̄s ab oĩbus time/ retur. amaret. ⁊ cognosce/ ret. Tertiadecima est habe re mĩam ⁊ pietatẽ in omni bus necessitatibus suo pro/ ximo: sicut sibi vellet habe ri. Quartadecima est. re/ gratiari ex toto corde tuo ĩ oĩb⁹ deo glorificarĩ. ⁊ lauda re in oĩb⁹ iesu₃ xp̄₃. Quĩta/ decĩa ẽ. ꝙ postq̃₃ hec oĩa fe cerit sentiat ⁊ dicat. dñe d̃s meus iesu xp̄e. nihil su₃. ni/ hil possu₃. nihil valeo ⁊ ma le tibi seruio. ex in omnib⁹ seruus sum inutilis.

TRes sũt radices euãgelice ⁊ apo/ stolice pauperta/ tis seu p̃ncipales partes. abdicatio omniũ sui iuris: rerũ tẽporaliũ mode ratio. pauperis vsus habi/ tuatus ad vtrunq₃ affect⁹. Tres sunt partes abstinen/ tie. sc₃ eneruatio carnalis amoris. ⁊ sollicitudinis vi/ te sue substẽtationibus. nõ curare de abundantia. vel sufficientia victualiũ deli/ ctaru₃. ⁊ vti parce oblatis. Tres sunt a nobis singula/ riter fugienda. ⁊ metuẽda. Primo exterior distractio negocioꝝ. Secũdo interior ꝓmotio ⁊ exaltatio. Ter/ tio tp̃aliũ rerũ ⁊ carnaliu₃ aĩcitiaꝝ ad se. vl̃ suos ami cos vel suũ ordinẽ ĩmode/ rata vel iordinata affectio. Tria sunt a nobis singulari ter exercẽda ⁊ amplectẽda Primo desideriũ ꝓprij cõ/ tentus abiectionis ⁊ exter/ ne vilicatiõis. Scd̃o visce/ rosa cõpassio ad iesu₃ xp̄m crucifixũ. Tertio sufferen/ tia ꝑsecutionũ ⁊ martyrio/ rũ ꝑ dilectione cultus nois xp̄i ⁊ euangelice vite. hec tria sunt p q̃dã verba exten siua post horas diei gemiti/ bus. ⁊ ardentibus suspirijs postulãda. Tria sunt a nob̃ singulariter ⁊ quasi assidue meditãda. Primo xp̄s cru cifixus incarnatus ⁊c. Se/ cundo status apostolorum ⁊ fratrum preteritoru₃ no/ stri ordinis. hoc cũ d̃siderio

vt illis cõformemur. Tertio status virorum euangelicorum futurus. Et hoc debes die noctuq3 meditari. sc3. statũ pauperrimorũ simplicissimorũ ⁊ mãsuetorũ humiliũ abiectorũ caritate ardentissima sibi cõiunctorum nihil cogitantiũ. aut loquẽtium. nec saporantiũ. nisi solũ iesum xp̃m. ⁊ hunc crucifixũ: nec de hoc mũdo curãtiũ. suiq3 oblitorũ. supnã dei ⁊ beatorũ gloriã contẽplantiũ. ⁊ ad eam medullit⁹ suspirantium ⁊ anhelantiũ. ⁊ ob ipsius amorẽ semp mortem sperantium. siue desiderantium ⁊ adinstar pauli dicẽtium. Cupio dissolui ⁊ esse cũ xp̃o ⁊ innumerabiles ac inextimabiles te thesauros diuitiarũ celestiũ. ⁊ supdulces. ⁊ mellifluos riuos diuitiarũ. suauitatũ. ac iocũditatũ. Et super omnia mirabiliter expãsos. ⁊ supinfusos. Et per ꝯñs imaginari debes eosipsos. vt cantãtes canticum angelicũ cũ iubilo citharizantium ⁊ citaris cordis sui. Hec imaginatio ducet te plusq̃3 credi potest in quoddã impãtiẽs desiderium aduentus illorũ tẽporũ. Ducet te in quoddã admirabile lumẽ. in quodam amoto omĩs dubietatis ac ignorantie nubilo. ⁊ limpidissime videbis. ⁊ districte discernes oẽs defectus istorũ temporũ. ⁊ inmixtũ vl' mi sticũ ordinẽ ecclesiasticorũ ordinum productorũ ⁊ producẽdorũ ab initio xp̃i vsq3 ad finẽ scl'i. ⁊ vsq3 ad gloriã sũmi dei ⁊ iesu christi. Crucifixum semper portata in corde tuo. Ut te ad suã eternã gl'iam perducat. Amen.

¶ Explicit tractatus de vita ⁊ instructione spũali a magistro Uincẽtio ordinis p̃dicatorũ. egregio predicatore christi editus.

Finis

¶ Impressum Venetijs p Petrũ ď Quarẽgijs. Bergomensem: die. 6. Mensis Martij. 1512.